

233
pro dono, summas ago, verèq; confirmo, meum quidquid
tale habeo, pro tuo dignum mihi videri, quod in spem
abeat, ut tibi palma maneat. Ego enim nudis aphorismis
Bellarmiana capita, singula singulis expressi, qui rursi
nota perpetua. quarum specimen in lib. i. de verbo ex-
hibui. succedant, non magnum fortè usum lectorib;g
prestabunt. At notas aliquotq; quidem per textas
absolvere mihi quidem difficile erit, ceteroquin ocu-
patissimo. Deo Dominus providebit. Heri tuas dispu-
tationes à compactore recepi. Revolvi tuam
disputationem LXII. de fide justificante, qua in me
jam excusa est, gaudeo me, mea penè verba de
fide Carbonarij in tuis invenisse. Te dia sospitem
Eclesia valere et vivere, opto. Saluta ex me colle-
gas tuos, nostri amantes. Heidelbergæ 26. Octob.
1614.

187.
Car. Johanni Jacobo Gryne D. Pareus
S. Modicum me recrearent literæ tuæ, venerande
Pater Gryne. Et si autem lituræ subscriptionis
tuæ non parum me perturbavit, arguentes
imbecillitatem, quam fert gravior ætas, tamen
gratias ago Deo, quod te hætenus clementer ser-
vat Ecclesia, et lumine mentis, memoria ac
spiritus caliginem oculorum abundè compensat.
quod ut diu faciat, tecum precor. Ego stante te
sequor, et quamvis vires minuuntur, nondum
tamen deficiunt ejus gratia, qui nos in opere
suo confortat. Studia theologica apud nos cum-
primis nunc florent, auditorum frequentia, quan-
tam vix habui à multis annis. Hungarica gens
cumprimis hæc jam confluit; Judicio id est, quan-
tumvis Mercenatos præcipui fere occiderint Eule-
siarum. Deum tamen servaturum esse veritatis
assertores in illis regionibus. In Transylvania nunc

omnis religio est adiaphora. Arcat modis Deus Mu-
hammedanas blasphemias. De Brandenburgica Refor-
matione queris, quid D. Scultety promittat? Initia diffi-
cilia ut solent; Pelargus teriversatur. Vicini Dover-
sarii Hutterus, Avi contra latrant. Etiam Herodias
domi coelum terra miscet. Admirandus igitur et precibus
nostris juvandus est felus optimi Electoris, quem cum
in Borussia, Juliaci, domi, civiles furie circumstant,
ad hoc gloria Dei et veritatis promovenda, invi-
ctum hactenus praestat. Nostra aula juvenilis pasto-
rem nondum invenit sibi commoedum, ne sensuum qui-
dem. Putatur Scultetum expectare. Tunc ego duos
Scultetos optarim pro ministerio et Academia nostra.
D. Mylous aetate me minor totus vetulus, tamen sta-
tionem tenet sero virili. M. Hoffium juvabo pro
viribus, qui tibi has reddidit Gallo-Britannus est, alacris
juvenis. Nuper huc venit. Sed quia in tanto confluentium
parentum compendia studiorum non potuit a nobis
sublevari, ad vestram Academiam divertere vo-
luit. Ei si quid opis per tuos Collegas s. te unum
fatigare nolo: prestare potest, pro antiqua vestra
humanitate, facietis. Sumprimis Dr. Meyerum roga-
tum velim, ut ejus desideria cognoscat, cui cum Vere-
randis Dñis Collegis et Gymnasty omnibus benedictio-
nem et gratiam precor in Domino. D. Mylous, Af-
fringit te plurimum salutant. His quod Marq. Frue-
rum 18. Maij miserimus ad Dñm. (cum eodem vidua
D. Maderi sepulta. Vale. Heidelbergae 7. Junij ibiq.

182.

Celeberrimo Theologo D. Pareo Lubbertus S. P. D.
Reverende Vir. Superiore aetate ad te scripti, et si-
mul nisi commentariis meos ad errores Voretii:
Id nihil responsi abs te accepi, ab eo tempore denno
ad te scripsi, sed neq. ad has posteriore, literas quic-
quam respondisti, quod in quam partem accipere debe-
am ambigo. Aut enim literae, meae tibi non sunt
tradita, aut huc intercederunt, aut gravi de causa
quod magis metuo impediti nihil rescripsisti. Vorstij
post